

No. 189. 1402. 21. Oct.

Probst Johannes und der Convent urkunden, dass ihr Mitbruder Otto den von ihm erkaufften Zins von 3 Schillingen Groschen auf der Wiese bei der alten Probstei zu seinem Seelenheil den Chorherren überwiesen hat.

Nos Johannes divina miseratione praepositus, Caspar prior totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae in Lipezk tenore praesentium notum facimus universis, quod nos attendentes utilitatem profectum et commodum nostrum ac totius monasterii praedicti — tres solidos latorum grossorum Friburgensis monetae super pratum nostri monasterii in longitudine duorum agrorum situatum penes antiquam praeposituram pro XII sexagenis latorum gr. monetae praedictae suis duris laboribus quondam acquisitis nobis integraliter persolutis dilecto fratri nostro domino Ottoni tempore perpetuo vendidimus. Qui quidem dominus Otto frater noster dilectus divina gratia allectus benivole et voluntarie pro animae suae remedio dictos tres solidos super pratum praefatum comparatos dominis de conventu nostri monasterii donavit contulit atque dedit eosque eis libere resignando, sic quod primo et principaliter domini praedicti nostri monasterii tollere debeant praedictos tres solidos gr. in festo sancti Michaelis proxime affuturo et sic deinceps anno quolibet sequenti et perpetue. — Volentes igitur et favorabiliter annuentes, ut ipsius dilecti fratris nostri donatio sive ordinatio inviolabiliter perseveret, promittimus pro nobis nostrisque successoribus bona fide, omnia et singula superius expressa rata tenere atque grata —, harum quibus nostrae praepositurae et conventus sigilla sunt appensa testimonio litterarum sub anno domini millesimo CCCC° II° in die beatarum undecim milium virginum et martyrum.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Probsts und des Convents an Pergamentstreifen.

No. 190. 1402. 24. Dec.

Probst Johannes und der Convent urkunden, dass Frau Gertrudis von Delitzsch den von ihr erkaufften Zins von 3 Virdung Groschen auf der Wiese bei der alten Probstei den Chorherren überwiesen hat.

Nos Johannes divina miseratione praepositus, Caspar prior totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae in Lipezk tenore praesentium notum facimus universis, quod nos — III fertones latorum grossorum Friburgensis monetae supra pratum nostri monasterii in longitudine duorum agrorum et dimidii situatum penes antiquam praeposituram pro XII sexagenis latorum grossorum monetae praedictae suis bonis bene acquisitis nobis integraliter persolutis honestae feminae Gerdrudi de Delczsch tempore perpetuo vendidimus. Quae quidem Gerdrudis antedicta divina gratia allecta benivole et voluntarie pro animae suae remedio dictos tres fertones — dominis de conventu nostri monasterii donavit contulit atque dedit